Florilegium Patristicum

tam veteris quam medii aevi
auctores complectens

Ediderunt
Bernhardus Geyer et Theodorus Klauser

Fasciculus XLIV

S. Clementis Romani Epistula ad Corinthios quae vocatur prima graece et latine

Recensuit, apparatu critico instruxit

Carolus Th. Schaefer
S. Theologiae Doctor
in Academia Brunsbergensi professor ordinarius

…e Sumptibus Petri Hanstein
MCMXLI

BR
63
F4
v.44

Digitized by the Internet Archive
in 2025 with funding from
Graduate Theological Union

https://archive.org/details/epistulaadcorint44unse

Florilegium Patristicum
tam veteris quam medii aevi auctores complectens

Ediderunt

Bernhardus Geyer
S. Theologiae Doctor
in Universitate Bonnensi professor ordinarius

et

Theodorus Klauser
S. Theologiae Doctor
in Universitate Bonnensi professor

Fasciculus XLIV

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXLI

Clemens Romanus.

S. Clementis Romani Epistula ad Corinthios quae vocatur prima graece et latine

Recensuit
apparatu critico instruxit

Carolus Th. Schaefer
S. Theologiae Doctor
in Academia Brunsbergensi professor ordinarius

ALMA COLLEGE LIBRARY
208
F664

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXLI

CLgA

41622

BR
63
F4
v. 44

INDEX

Praefatio 1
§ 1. De origine et auctore epistulae 1
§ 2. De testibus textus 3
§ 3. De praecipuis editionibus 5
§ 4. De apparatu critico 6
Epistula Clementis ad Corinthios 7
Index locorum Sacrae Scripturae 71

SIGNA ET COMPENDIA

	Includunt	+	= addit, addunt
( )	lectionem similem tantum,	om.	= omittit, omittunt
[ ]	lacunam codicis suppletam,	~	= transponit, transponunt
< >	verba ab editore addita,	def.	= deficit, deficiunt
††	verba delenda.	dub.	= dubius, dubii
	Significant	et.	= etiam
*	lectionem codicis priorem,	parr.	= et loci paralleli
corr	lectionem codicis correctam,	s., ss.	= sequens, sequentes
***	lacunam interpretationis.	vl	= varia lectio

Imprimatur. In Arce Dominae Nostrae, die 14. Decembris 1940.
J.-Nr. 6802. MARQUARDT, Vicarius generalis.

PRAEFATIO

Inter veneranda antiquitatis christianae monumenta praeter sacros Novi Testamenti libros epistula illa, quam S. Clemens ecclesiae Romanae nomine ad Corinthios scripsit, et aetate et auctoritate primum locum obtinet. Dolendum tamen est iuvenes theologiae studiosos in hoc libro pretiosissimo, qui medio et inferiore usque ad saeculum XVII aevo plane deperditus videbatur, etiam nostris temporibus nondum eam operam collocare qua dignus est. Quam ob causam editorum Florilegii Patristici voluntati haud invitus obsequens hanc editionem paravi ea mente, ut textum graecum denuo castigatum et locupleti apparatu critico instructum una cum interpretatione latina a Germano Morin inventa omnibus promptum modico pretio praeberem. Pauca saltem de indole et historia huius epistulae ac de ratione editionis nostrae licet praefari.

§ 1. DE ORIGINE ET AUCTORE EPISTULAE.

1. Scribendi ansam ecclesiae Romanae praebuit seditio in ecclesia Corinthiorum orta, qua nonnulli presbyteri iniuste a munere suo deiecti erant (c. 44). Quare Romani sua sponte tres viros spectatae fidei Corinthum miserunt, qui litteras ad ecclesiam perferrent et de prospero quem exspectabant rerum eventu quam celerrime ipsos certiores facerent (c. 65).

Initio epistulae scriptor post salutationem, cur tardius scribat, exponit et bonam famam Corinthiorum praedicat (cc. 1. 2), quam nunc invidia et contentione maculatam esse aegre fert (c. 3). Deinde ad omnes virtutes, imprimis humilitatem, oboedientiam, concordiam acquirendas eos hortatur (cc. 4—36). Tum postulat, ut discidii auctores de peccato satisfaciant et omnes se presbyteris rite constitutis subiciant, orationem pulcherrimam addens (cc. 37—61). Denique summam epistulae comprehendit, nuntios commendat, se bene de Corinthiis sperare declarat (cc. 62—65).

2. Quo tempore haec epistula scripta sit, sine magna difficultate erui potest. (a) Veri simile est eam iam S. Ignatio Antiocheno, qui temporibus Traiani (a. 98—117) gloriosam mortem occubuit, notam fuisse; nam Romanis scribens *alios docuistis* (3, 1) epistulam nostram spectare videtur. — (b) S. Polycarpus Smyrnaeus in litteras, quas paulo post mortem S. Ignatii ad Philippenses dedit, multa ex epistula nostra verbotenus fere transtulit. — (c) Hegesippus circa annum 180 in libro nunc deperdito, qui inscriptus erat Ὑπομνήματα, Eusebio (H. e. 3, 16) teste dixisse videtur seditionem Corinthiacam Domitiano imperante (a. 81—96) ortam esse. — (d) Ex epistula ipsa patet eam *propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates*

et casus adversos, qui ecclesiae Romanae *acciderunt, tardius* scriptam esse (c. 1, 1), id est tempore persecutionis vel brevi post. (*α*) Ista persecutio non illa esse potest, quae temporibus Traiani ubique terrarum Christianos vexavit; nam e cc. 1—3 sequitur ecclesiam Corinthiacam bona pace semper usam esse atque adhuc frui. (*β*) Sed et persecutio Neroniana non est illa, quam auctor c. 1, 1 respicit; nam sine dubio persecutio, cuius memoria in cc. 5 et 6 celebratur, Neroniana est, et ab auctore satis clare discernitur ab illis calamitatibus, quarum in c. 1, 1 mentio fit; ex cc. 42—44 apparet aetatem omnium fere apostolorum, non solum Petri et Pauli, ab auctore ad praeterita referri; non pauci presbyteri ab apostolis ipsis constituti iam defuncti sunt, et etiam presbyteri a Corinthiis deiecti *μεμαρτυρημένοι πολλοῖς χρόνοις* appellantur (c. 44, 3); ecclesia Corinthiorum *ἀρχαῖα* vocatur c. 47, 6; viri c. 63, 3 commemorati, qui *a iuventute usque ad senectutem inculpate in* ecclesia *versati erant*, temporibus Neronis Romae nondum fuerunt. (*γ*) E contrario ex c. 5, 1 iure conicitur nonnullos ex aequalibus Petri et Pauli superstites esse; e c. 44, 3 apparet presbyteros adhuc in ecclesia esse ab apostolis ipsis constitutos. — Iure igitur plerique viri docti epistulam nostram vel imperio Domitiani — qui inde ab anno 93 in bonos quosque saevire coepit — exeunte vel imperio Nervae ineunte scriptam esse censuerunt, id est annis 93—97.

3. Quis nomine ecclesiae Romanae hanc epistulam scripserit, ex ea ipsa non apparet. Sed omnes veteres CLEMENTEM aliquem eam exarasse consentiunt; hic non discernendus est ab illo, qui episcopus Romanus vel secundus vel tertius vel — id quod veri simillimum videtur — quartus a Petro numeratur. Testimonia autem antiquissima haec sunt:

(a) HERMAE Pastor (c. a. 150), vis. 2, 4, 3: *Γράψεις οὖν δύο βιβλαρίδια καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις, ἐκείνῳ γὰρ ἐπιτέτραπται. Γραπτὴ δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς· σὺ δὲ ἀναγνώσῃ εἰς ταύτην τὴν πόλιν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν προϊσταμένων τῆς ἐκκλησίας.* (Dubium non est, quin huic loco memoria epistulae nostrae eiusque auctoris subsit.)

(b) S. DIONYSIUS Corinthius in epistula c. a. 170 ad Romanos scripta dicit: *Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν* (apud EUSEB. H. e. 4, 23, 11).

(c) S. IRENAEUS Lugdunensis, Adv. haer. 3, 3, 3 (c. a. 180): *Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν· τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. διαδέχεται δ' αὐτὸν Ἀνέγκλητος, μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑορακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκ-*

κλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει . . . (apud Euseb. H. e. 5, 6, 1—3).

(d) Clemens Alexandrinus (ca. 150—215), qui nostra epistula persaepe utitur, Clementem auctorem nominat Strom. I, VII, 38, 8; IV, XVIII, 111, 1; VI, VIII, 65, 3; quem etiam *apostolum* appellat Strom. IV, XVII, 105, 1.

(e) Origenes c. a. 225—30 ea, quae exstant in c. 20, 8 nostrae epistulae, *Clementem apostolorum discipulum* scripsisse dicit (De princ. 2, 3, 6; cf. etiam Select. in Ezech. 8, 3).

Ut Origenes (Comm. in Jo. l. VI, 54 [36]), ita etiam Eusebius (H. e. 3, 15. 16; cf. 3, 4, 9) et Hieronymus (Adv. Jovin. 1, 12; De vir. ill. 15) Clementem nostrum eundem esse coniciunt atque illum, cuius S. Paulus (Phil. 4, 3) meminit. Iidem (Origenes, Hom. in ep. ad Hebr. apud Euseb. H. e. 6, 25, 14; Eusebius, H. e. 3, 38; Hieronymus, De vir. ill. 5) et Filastrius (Haer. 89) testantur opinionem fuisse Clementem nostrum etiam epistulam ad Hebraeos scripsisse. At non nostrum est de talibus coniecturis, vel de narrationibus incertis et fabulosis, vel de scriptis auctori nostro falso attributis disputare; et de episcopatu Clementis fusius tractare libelli angustiis vetamur. Qualis ingenii ille fuerit, epistula eius testatur: vir vere dignus, qui ecclesiae Romanae nomine loqueretur.

§ 2. DE TESTIBUS TEXTUS.

Ad textum recensendum non solum codices graeci, sed etiam interpretationes nobis praesto sunt; quibus accedunt testimonia Clementis Alexandrini et quorundam aliorum scriptorum.

I. CODICES MANU SCRIPTI.

A = Codex Alexandrinus graecus, nunc Londinensis Musei Britannici (MS. reg. I. D. V—VIII), membranaceus, saec. V, praeter Vetus et Novum Testamentum epistulam nostram (fol. 159 a—168 a) et secundam Clementis epistulam quae vocatur continens. Deest unum folium, quod textum inde a c. 57, 7 usque ad c. 63, 4 continebat; passim marginibus laesis et atramento vetustate corrupto litterae et vocabula exciderunt; complures paginae gallarum tinctura imprudenter infusa adeo maculatae sunt, ut vix legi possint. Ea pars codicis, qua nostra epistula continetur, a. 1879 Londinii a curatoribus Musei Britannici phototypice edita est: Facsimile of the Codex Alexandrinus. Vol. IV: New Testament and Clementine Epistles.

H = Codex Hierosolymitanus graecus bibliothecae S. Sepulcri, membranaceus, a Leone notario scriptus a. 1056, continens epistulas Barnabae, I (fol. 51 b—70 a) et II Clementis, Doctrinam XII apostolorum, Corpus Ignatianum; optime conservatus est. Codicem invenit Philotheos Bryennios metropolita Serensis et edidit in libro qui inscribitur: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης αἱ δύο πρὸς Κορινθίους ἐπιστολαί. Ἐν Κωνσταντινουπόλει* 1875. Foliorum epistulas Clementinas continentium editionem phototypicam J. B. Lightfoot volumini primo editionis suae secundae (de qua vide infra) pag. 425—475 adiecit.

L = Codex Latinus olim monasterii Florinensis, nunc maioris seminarii Namurcensis, membranaceus, saec. XI; continet post varias scrip-

turas Clementi falso attributas epistulam Clementis ad Corinthios fol. 104 b—117 a. Epistulam nostram invenit et edidit GERMANUS MORIN: Sancti Clementis Romani ad Corinthios epistulae versio latina antiquissima. (Anecdota Maredsolana, vol. II.) Maredsoli 1894. — Veri simillimum est hanc interpretationem latinam iam saeculo secundo confectam esse.

C^1 = Codex Copticus Berolinensis bibliothecae rei publicae (MS. orient. Fol. 3065), olim monasterii Sinutis Aegyptii, chartaceus, saec. IV/V, continens epistulam Clementis tantum in dialectum achmimicam versam. Desunt quinque folia, quae continebant cc. 34, 5—42, 2; quod restat, bene conservatum est. Codicem edidit CAROLUS SCHMIDT: Der erste Clemensbrief in altkoptischer Übersetzung. (Texte und Untersuchungen XXXII 1.) Lipsiae 1908.

C^2 = Codex Copticus Argentinensis bibliothecae universitatis (tab. copt. 362—385), chartaceus, saec. V/VIII; exstant reliquiae tantum, quae praeter Jac. 1, 13—5, 20 et Jo. 10, 1—13, 12 epistulae Clementis capita 1, 1—26, 2 in dialectum achmimicam, modo a codice Berolinensi saepe differente, conversa continent. Etiam ea, quae supersunt, valde mutilata sunt. Editionem curavit FRIDERICUS ROESCH: Bruchstücke des ersten Clemensbriefes. Argentorati 1910.

S = Codex Syriacus Cantabrigiensis bibliothecae universitatis (Add. Mss. 1700), membranaceus, scriptus Edessae a. 1170; continens Novi Testamenti interpretationem Harclensem (sine Apocalypsi) et, inter Epistulas Catholicas et Corpus Paulinum, epistulas Clementis I et II. Codicem invenit R. L. BENSLY a. 1876; lectiones eius variantes primus divulgavit J. B. LIGHTFOOT a. 1877 (vide infra); editionem epistularum Clementis a R. L. BENSLY praeparatam post mortem eius publicavit R. H. KENNETT: The Epistles of S. Clement to the Corinthians in Syriac, Cantabrigiae 1899.

Inter hos testes Codex Alexandrinus auctoritate eminet; nullus autem talis est, ut eum per omne fas ac nefas sequi liceat. Ubi A et H dissentiunt, consensus testium $LC^1(C^2)S$ plerumque, sed non semper, rem decernit; nonnunquam $LC^1(C^2)S$ codicibus AH anteponendi sunt. Verba scriptoris saepius e consensu codicis A cum una vel duabus interpretationibus cognoscuntur quam testimonio codicis H una vel duabus versionibus confirmato; interdum ab uno interprete solo conservata sunt. Quotiens loci e Vetere Testamento allegantur, illi testes, qui magis cum versione LXX interpretum concordant, plerumque suspecti sunt. Regula omnibus casibus accommodata dari non potest, sed singula propriis rationibus sunt diiudicanda.

II. SCRIPTORES.

CLEMENS ALEXANDRINUS in Stromatibus ex epistula nostra multa, modo expressis verbis, modo tacite excerpsit; sed, cum in scriptis allegandis semper liberrime versetur, ibi tantum ad textum recensendum usui est, ubi cum uno saltem alio teste convenit. Editione usi sumus OTTONIS STAEHLIN, Lipsiae 1905/09; indicem omnium locorum ex epistula nostra allegatorum ibidem invenies in volumine IV (1936), p. 27 s.

Praeterea in apparatu nostro appellantur: S. BASILIUS MAGNUS, De Spir. S. 29 (MG 32, 201), p. 63. — S. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, Cat. 18, 8 (MG 33, 1025), p. 32. — S. HIERONYMUS, In Is. 52, 13 (ML 24, 505), p. 21. — Fragmentum c. 33, 2—6 complectens, quod in codice Vat. Graec. 1553 fol. 22 ad LEONTIUM et JOHANNEM refertur (cf. J. B. LIGHTFOOT [vide infra] I^2, p. 188 s.), a CAROLO HOLL autem (Fragmente vornicänischer Kirchenväter aus den Sacra Parallela [Texte und Untersuchungen XX 2], Lipsiae 1899, p. 1) ad S. JOHANNEM DAMASCENUM; cf. p. 38. — NICONEM monachum saec. XI e codd. Paris. Reg. 2418. 2423. 2424 J. B. COTELIER (Ss. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt etc. opera, Parisiis 1672) allegat; cf. p. 20.

§ 3. DE PRAECIPUIS EDITIONIBUS.

Epistulae Clementis notitia in ecclesia occidentali iam a saeculo quinto, in oriente inde a temporibus Photii magis magisque evanuisse videtur, donec codex Alexandrinus a. 1628 a Cyrillo Lucari patriarcha Alexandrino Carolo I Angliae regi dono missus virorum doctorum animos iterum ad illam convertit. Editionem principem PATRICIUS YOUNG, eiusdem regis bibliothecarius, a. 1633 Oxonii curavit. Ab hac editione, quamquam vitiis haud paucis laborabat, omnes posteriores pendent usque ad HENRICUM WOTTON, qui codice Alexandrino iterum inspecto a. 1718 Cantabrigiae textum multo meliorem publici iuris fecit. GUILELMUS JACOBSON curis ter repetitis a. 1838—1863 Oxonii pro emendatione textus non frustra contendit. CONSTANTINUS TISCHENDORF, quaecumque veteris scripturae assequi potuerat, Lipsiae a. 1867 et 1873 ad codicis Alexandrini modum edidit. Interim novam huius testis collationem JOSEPH BARBER LIGHTFOOT instituerat; editionem primam a. 1869 Londinii et Cantabrigiae publicavit. TISCHENDORF et LIGHTFOOT aliis vix quidquam laboris in codice Alexandrino investigando reliquerant; dolendum tamen erat, quod ille testis unicus multis modis corruptus et mutilatus facultatem textus in integrum restituendi non dabat. Primam editionem completam PHILOTHEOS BRYENNIOS tandem codicis Hierosolymitani auxilio a. 1875 publici iuris fecit. Utroque teste graeco OSCAR DE GEBHARDT et ADOLFUS HARNACK nixi sunt (Patrum Apostolicorum opera, fasc. I part. II ed. secunda, Lipsiae 1876), item ADOLFUS HILGENFELD (Clementis Romani epistulae; ed. secunda, Lipsiae 1876). Codicis syriaci lectionibus a J. B. LIGHTFOOT in appendice, quam editioni suae primae a. 1877 adiecerat, publicatis ad recensendum textum graecum primus FRANCISCUS XAVERIUS FUNK a. 1878 usus est, deinde LIGHTFOOT ipse (The Apostolic Fathers, Part. I: S. Clement of Rome; vol. I. II, editio secunda, Londinii 1890). Testem latinum primus RUDOLFUS KNOPF editioni textus

graeci instituendae adhibuit (Der erste Clemensbrief [Texte und Untersuchungen XX 1], Lipsiae 1899). FUNK a. 1901 epistulam iterum edidit (Patres Apostolici, vol. I, Tubingae). Codice coptico Berolinensi iam H. HEMMER (Les Pères apostoliques, Parisiis 1909) usus est; testem quoque copticum Argentinensem consuluerunt KIRSOPP LAKE (The Apostolic Fathers, Londinii 1917) et CAROLUS BIHLMEYER (Die Apostolischen Väter, I. Teil; Tubingae 1924).

Commentarii: FUNK, GEBHARDT-HARNACK, LIGHTFOOT (vide supra); R. KNOPF (Handbuch zum Neuen Testament, Ergänzungsband p. 41—150) Tubingae 1923; A. v. HARNACK, Einführung in die alte Kirchengeschichte, Lipsiae 1929.

Interpretationes modernae: Latine: FUNK, GEBHARDT-HARNACK (vide supra). — Germanice: FR. ZELLER, Die Apostolischen Väter (Bibliothek der Kirchenväter 35), 1918, p. 17—69; L. A. WINTERSWYL, Der erste Klemensbrief, Friburgi 1940; KNOPF, HARNACK l. c.; G. KRUEGER in: E. HENNECKE, Neutestamentliche Apokryphen (Tubingae 1924 [2]), p. 482—502). — Anglice: K. LAKE l. c.; W. K. L. CLARKE, The first Epistle of Clement to the Corinthians, Londinii 1937. — Gallice: HEMMER l. c.; ed. secunda 1926.

Conspectus librorum: GEBHARDT-HARNACK l. c. p. XVIII—XXIV; U. CHEVALIER, Répertoire, Bio-Bibliographie vol. I (Parisiis 1905), 948—951; O. BARDENHEWER, Geschichte der altkirchlichen Literatur I^2 (Friburgi 1913), p. 126—130; B. ALTANER, Patrologie (Friburgi 1938), p. 52.

§ 4. DE APPARATU CRITICO.

Lectionum variantium apparatum non quidem damus omnino completum, sed tamen locupletem et prioribus uberiorem, qui ad indolem et affinitatem testium penitus perspiciendam sufficiat.

Quotiens C^1 citandus est, etiam C^2 profertur, si exstat; e silentio ergo tunc concludere licet C^2 deficere.

Lectiones a textu graeco nostro diversae, quae a solo teste L exhibentur, in apparatu graeco non citantur; quare interpretatio latina continuo comparanda est.

Textum latinum damus hac ratione:

(a) conservata sunt omnia quae, etsi contra legem grammaticam sunt, ab ipso interprete posita videntur;

(b) correcta sunt, quae menda scribarum videntur esse; lectiones codicis in apparatum inferiorem reiectae sunt;

(c) neglectae sunt, quotiens contra recte scribendi praecepta tantum sunt, hae commutationes litterarum saepissime occurrentes: ae : e, e : i, i : y, oe : ae, uu : u; b : p, ci : ti, f : ph, ff : f, k : c, l : ll, mp : m, n : m, p : pp, q : qu, t : th, x : xs; littera h supervacanea.

Multum nostra interfuit demonstrare, quae rationes inter testes nostros et varias versionis LXX interpretum lectiones intercedant. Signum „LXX“ in apparatu nostro semper indicat textum ab ALFREDO RAHLFS (Stutgardiae [1935]) editum.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι θεοῦ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

1. *Διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις, βράδιον νομίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιῆσθαι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων παρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ ξένης τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν μεγάλως βλασφημηθῆναι.* 2. *τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμα-*

INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS AD CORINTHIOS

Ecclesia Dei consistens Romae ecclesiae Dei consistenti Corinthi, vocatis sanctis in voluntate Dei per Dominum nostrum Iesum Christum. Gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Christum Iesum abundet.

1. Propter subitaneos alios atque alios casus et impedimenta quae contigerunt nobis, tardius videmur curam egisse de quibus desideratis, carissimi mihi, et de aliena et extera electorum Dei inmunda et nefanda seditione, quam paucae personae superbae et petulantes in tantum temeritatis incensi sunt, ut etiam sanctum et praedicabile ⟨et⟩ omnibus hominibus dignum amoris nomen vestrum valde est laesum. 2. Quis enim, e peregre cum venit ad vos, omnium virtutum et stabilitam fidem vestram non pro-

---

Inscriptio: *Κλ. πρ. Κορ. ᾱ* H: . . . *Σ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Ā* A: om. C[1]: deficit C[2]: *Epistula catholica Clementis discipuli Petri apostoli ad ecclesiam Corinthiorum* S.

5 *ἡγιασμένοις* AH: *sanctis* vertunt LC[1]S **8** *ἀπὸ*] + *τοῦ* H, *τοῦ πατρὸς* C[1] **12** *ἡμῖν*] *καθ' ἡμῶν* H **13** *περιπτώσεις* AC[1]S: *περιστάσεις* H: *impedimenta* L] + *ἀδελφοὶ* A, *ἀγαπητοὶ* (om. l. 16) S **15** ~ *πραγμάτων παρ' ὑμῖν* H **18** om. *καὶ ἀνοσίου* C[1] **23** *βλασφημηθῆναι* AC[1]C[2]: *βλασφημεῖσθαι* H: *βλαφθῆναι* LS **25/26** ~ *βεβ. καὶ πανάρ.* C C[2]

L: **4** chorinthum **6** ihesum xpistum *(sic semper!)* **20** incessi **21** *om.* et

σεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; 3. *ἀπροσωπολήμπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε καὶ ἐν τοῖς νομίμοις τοῦ θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.*

2. *Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, ἥδιον διδόντες ἢ λαμβάνοντες, τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Χριστοῦ ἀρκούμενοι καὶ προσέχοντες· τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐνεστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν.* 2. *οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγί-*

bavit, et prudentem et quietam in Christo pietatem vestram non miratus fuit, et magnificum et hospitale instar vestrum non praedicavit, aut consummatam et cautam scientiam vestram non beatificavit? 3. Sine personarum enim acceptione omnia faciebatis et in legitimis Dei ambulabatis, obaudientes praepositis vestris et honorem dignum tribuentes senioribus vestris et iuvenibus modica et sancta intellegere permittentes, et mulieribus ⟨in⟩ innocenti et casta conscientia omnia facere iubebatis, ut amarent, sicut decet, viros suos, ut in regula obauditionis essent constitutae, domum suam caste regere docebatis cum prudentia.

2. Omnes enim vos humiliabatis, nihil in superbia facientes, obaudientes magis quam iubentes, et libenter dantes magis quam accipientes, alimentis Christi contenti et adtendentes; et verba illius in pectore habebatis et in visceribus vestris, ut et passiones illius ante oculos vestros fuerint. 2. Sic alta pax et inpinguis dabatur omnibus, et insatiabilis amor ad benefaciendum, et plenitudo Spiritus Sancti lar-

13/20 cf. Tit. 2, 4—5 **25** cf. Act. 20, 35 **33** cf. Joel 3, 1; Act. 2, 17; Rom. 5, 5; Tit. 3, 5 s.

2 *εὐσέβειαν*] + *ὑμῶν* LC^1 **5** *γνῶσιν*] + *ὑμῶν* LC [C^2] **7** om. *ἐν* A | *νομίμοις* L ClemAl: *νόμοις* AH: dub. C^1S **9** *ὑμῶν* ALS: om. HC^1 **11** *ἡμῖν* H **13** *γυναιξὶν*] + *ὑμῶν* C^1 | *καὶ σεμνῇ* AH: om. LC S **26** *Χριστοῦ* HLC [C^2]S: *θεοῦ* A **28** *ἐπιμελῶς* AHS: om. LC^1: dub. C^2 | *εστερνισμενοι* A **29** *σπλάγχνοις*] + *ὑμῶν* $LC^1[C^2]$

3 fuerit **4** hospitalem **7** beatificaverit **15** *om.* in | innocentia **20** castae **27** et^2 *L:* ei *Morin*

νετο· 3. μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ᾽ εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνετε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα θεόν, ἱκετεύοντες αὐτὸν ἵλεων γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. 4. ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος, εἰς τὸ σώζεσθαι μετ᾽ ἐλέους καὶ συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. 5. εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε καὶ ἀμνησίκακοι εἰς ἀλλήλους. 6. πᾶσα στάσις καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ἦν ὑμῖν. ἐπὶ τοῖς παραπτώμασιν τῶν πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε. 7. ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. 8. τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο.

3. *Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον·* Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. *2. Ἐκ τούτου ζῆλος καὶ φθόνος, ἔρις καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. 3. οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐν-*

gior erat in omnibus; 3. et eratis pleni sanctae mentis bono proposito, cum pia confidentia expandentes manus vestras ad Deum omnipotentem, rogantes eum ut propitius esset vobis, si quid ignorantes peccaretis. 4. Sollicitudo erat vobis die ac nocte pro omni fraternitate, ut salvi essetis cum misericordia et cum bona conscientia cum numero electorum Dei. 5. Sinceres et integri fuistis, nihil mali sentientes ad invicem. 6. Omnis scissura et contentio odio vobis erat; et propter delicta fratrum vestrorum luxistis, et peccata illorum vestra esse iudicastis. 7. ****** ******************** Parati in omni opere bono, 8. omni decore cultus ornati, omnia in timore Dei consummastis; praecepta et iustitiae Dei in latitudine cordis vestri inscribebantur.

3. Omnis gloria et altitudo data est vobis, et consummata est scriptura: *Edit et bibit, et incrassavit se et elatus factus est, et recalcitravit dilectus*. 2. Ex hoc zelus et invidia, et contentio et contumacia, et persecutio et inconstantia, et proelium et captivitas. 3. Sic exsurrexerunt vulgares contra honoratos, non glo-

18 cf. Tit. 3, 1; II Tim. 2, 21 **23** cf. Prov. 7, 3; 22, 20 **27** Dt. 32, 15 **33** cf. Is. 3, 5

---

1 *ὁσίας*] *θείας* H **3** *ἐξετείνατε* A **5** *ιλεως* A **6** *ἄκοντες* AHC^1C^2 (L?): *ἑκόντες* S **9** *μετ᾽ ἐλέους*] *μετὰ δέους* H | *συνειδήσεως*] + *ἀγαθῆς* LC^1C^2 **10** *αὐτοῦ* AHC^2S: *θεοῦ* L: om. C^1 **14** om. *ἦν* A **15** *τῶν*] *τοῖς* A | *πλησίον*] + *ὑμῶν* LC^1C^2 **19** *σεβασμιωτάτῃ* H **25** *καὶ*[1]] + *πᾶς* C^1C^2 **28** ~ *ἐπαχ. κ. ἐπλατ.* LC^1C^2 (LXX) **30** *φθόνος* HS] + *καὶ* ALC^1[C^2] **31/32** *διωγμὸς* et *πόλεμος* et C^2: om. C^1

---

11 cum scientia* **18/19** *om. ἀμεταμέλητοι — ἀγαθοποιΐα* **27** ingrassavit*

δόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. 4. διὰ τοῦτο πόρρω ἀπέστη ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολιπεῖν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ θεοῦ καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας, δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

riosi supra gloriosos, stulti supra prudentes, sic iuvenes contra seniores. 4. Ideo longe recessit ab eis iustitia et pax, quia unusquisque reliquit timorem Dei, et in fide illius caliginabatur, et negabat omnia mandata eius; ambulare voluerunt non digne Christo, sed quisque ingreditur secundum voluntatem cordis sui maligni et zelum iniquum et impium receptum, propter quem et *mors introivit in orbem terrarum.*

4. Γέγραπται γὰρ οὕτως· Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ θεῷ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν. 2. καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. 3. καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν, καὶ συνέπεσεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. 4. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Κάϊν· Ἱνατί περίλυπος ἐγένου, καὶ ἱνατί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ, ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; 5. ἡσύχασον· πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. 6. καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· Διέλθωμεν

4. Scriptum est enim sic: *Et contigit post dies, attulit Cain de fructibus terrae immolationem Domino, et Abel attulit de primitivis ovium suarum et de adipe earum.* 2. *Et respexit Deus ad Abel et in munera eius, nam ad Cain et ad victimas eius non respexit.* 3. *Et tristis factus est Cain valde, et confusa est facies illius.* 4. *Et dixit Deus ad Cain: Quare tristis factus es, et quare corruit vultus tuus? Nempe, si recte offeras et non recte dividas, peccasti.* 5. *Quiesce; ad te erit conversio eius, et tu dominaberis eius.* 6. *Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Eamus in campum. Et contigit, cum essent in campum, exsurrexit Cain in*

---

3 cf. Is. 59, 14 **14** Sap. 2, 24 **16** Gen. 4, 3—8

---

3 *ἀπέστη* HLC^1[C^2?]: *ἄπεστιν* A(S) **5** *τὸν φόβον*] *τὰς ὁδοὺς* C^2 **11** om. *τῆς καρδίας* A propter homoeoteleuton **14** om. *καὶ* C^1C^2S **16** om. *οὕτως* H | om. *καὶ* C^1C^2 **19** *θεῷ* AC^1C^2S: *κυρίῳ* HL LXX **21** *προβάτων* AH] + *αὐτοῦ* LC^1[C^2?]S LXX **26** *τὸ πρόσωπον* HLC^1C^2S: *τῷ προσώπῳ* A LXX **29** *οὐκ* et. C^2: om. C^1 **30** *ἐὰν* A: *ἂν* H (semper fere): *ἐὰν μὲν* C^1C^2 **33** *ἄρξεις αὐτοῦ* ALC^1C^2S LXX: *αὐτοῦ ἄρξεις* H **34** *διέλθωμεν*] + *δὴ* S LXXvl

---

11 receptum *Morin:* preceptum *L*

εἰς τὸ πεδίον. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. 7. *ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο.* 8. *διὰ ζῆλος ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.* 9. *ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν.* 10. *ζῆλος φυγεῖν ἠνάγκασεν Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου·* Τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν Αἰγύπτιον; 11. *διὰ ζῆλος Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν.* 12. *ζῆλος Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ θεοῦ Μωϋσῆν.* 13. *διὰ ζῆλος Δαυὶδ φθόνον ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.*

5. *Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα.* 2. *διὰ ζῆλον καὶ φθόνον οἱ μέγιστοι καὶ δικαιότατοι*

fratrem suum Abel, et occidit eum. 7. Intelligite, fratres, quia zelus et invidia fecit, ut frater fratrem suum occideret. 8. Propter zelum pater noster Iacob fugit a facie fratris sui Esau. 9. Zelus fecit Ioseph usque ad mortem fugari et usque in servitutem devenire. 10. Zelus coegit Moysen fugere a facie Pharaonis regis Aegypti, cum audivit a contribule suo: *Quis te constituit principem aut iudicem super nos? aut occidere me tu vis, quemadmodum occidisti hesterna die Aegyptium?* 11. Propter zelum Aaron et Maria extra castra manserunt. 12. Zelus Dathan et Abiron cum tabernaculis vivos deduxit ad inferos, quia contenderunt contra fidelem Dei servum Moysen. 13. Propter zelum David habuit invidiam non a fratribus tantum, sed etiam a Saul rege Israhel, qui persecutus est eum.

5. Sed ut priorum exempla desinam referre, veniamus ad huius temporis qui fuerunt athletae; sumamus generationis nostrae fortia exempla. 2. Propter zelum et invidiam maximae et fortissi-

---

6 cf. Gen. 27, 41—28, 5 **9** cf. Gen. 37 **15** Ex. 2, 14 **18** cf. Num. 12 **20** cf. Num. 16 **24** cf. I Regn. 18—24. 29

---

5 *ἀδελφοί*] *ἀγαπητοὶ* S | *ἀδελφοί*] + *ὅτι* LC^1 **6** *κατειργάσαντο* H | *ζῆλον* H (etiam infra) **11** *εἰσελθεῖν* A (L?): *ἐλθεῖν* H (C^{1}C^{2}S?) **15** *ὁμοφύλου*] + *αὐτοῦ* LC^{1}C^2 **15** *κριτὴν* A: *ἄρχοντα* HLC^{1}C^{2}S LXX **16** *ἢ* AL LXXvl: *καὶ* HC^1[C^2]S LXX | *μὴ* AHC^{1}C^{2}S LXX: *ἢ* L LXXvl **17** *χθὲς* H LXXvl **18** om. *διὰ* A **20** *ζῆλος* LC^1[C^2]S: *διὰ ζῆλος (-ον)* A(H) **24/2** om. *διὰ* — *ἤθλησαν* C^1 **25** *ὑπὸ* A: *ἀπὸ* H **26** *ἀπὸ τοῦ σαοὺλ* H | om. *βασ. Ἰσρ.* H

---

11 cumtribule **30** adletae

στῦλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου ἤθλησαν. 3. *λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους·* 4. *Πέτρον, ὃς διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπήνεγκεν πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης.* 5. *διὰ ζῆλον καὶ ἔριν Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ἔδειξεν,* 6. *ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, φυγαδευθείς, λιθασθείς, κήρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν,* 7. *δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἀνελήμφθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.*

mae columnae persecutionem habuerunt et usque ad mortem certatae sunt. 3. Sumamus ante oculos nostros bonos et fortes apostolos: 4. Petrum, qui propter zelum iniquum non unum, non duos, sed plures passus est labores, et sic martyrio consummato abiit in locum gloriae, qui ei debebatur. 5. Propter zelum et contentionem Paulus patientiae bravium ostendit, 6. septies vincula passus, fugatus, lapidatus, praeco factus in oriente et in occidente, fortem fidei suae gloriam accepit; 7. qui docuit iustitiam omnem orbem terrarum, qui ab oriente usque ad fines occidentis venit et dato testimonio martyrii sic a potentibus liberavit se ab hoc saeculo et in sanctum locum receptus est, patientiae factus magnum exemplum.

6. *Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους διὰ ζῆλος παθόντες ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν.* 2. *διὰ ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες Δαναΐδες καὶ Δίρκαι, αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι.* 3. *ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδάμ·*

6. His viris sancte conversantibus convenerunt magnae turbae electorum, qui multas poenas et tormenta propter zelum passi magno exemplo fuerunt nobis. 2. Propter zelum persecutionem mulieres Danaides et Dircae et poenas saevas et scelestas passae ad fidei stabilem cursum pervenerunt et acceperunt magnum praemium, quae erant infirmae corpore. 3. Zelus abalienavit uxores a viris et mutavit quod dictum est

---

4 *Πέτρον ὃς* HLC¹C²: . . . *ΟΣ* A: *Petrus* S 5 *οὐδὲ* AHS: *οὐ* LC²: *ἢ* C¹ 14 *δικαιοσύνην* ALC¹C²: *-ης* HS 18 *τ. κόσμου* AHC¹(C²): *ab hoc seculo* L(S) 19 *ἀνελήμφθη* LC¹C²S: *ἐπορεύθη* AH 26 *πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους* L(C¹C²?): *πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις* AHS 32 *πίστεως*] + *αὐτῶν* C¹C² 34 *γενναῖον*] + *αὐτῶν* C¹ | *τῷ σώματι*] *τῇ σαρκί* C¹C² 36 *ἀνδρῶν*] + *αὐτῶν* C¹

Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. 4. *ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερίζωσεν.*

7. *Ταῦτα, ἀγαπητοί, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκοντες· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμεν σκάμματι, καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκειται.* 2. *διὸ ἀπολίπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς παραδόσεως ἡμῶν κανόνα* 3. *καὶ ἴδωμεν, τί καλὸν καὶ τί τερπνὸν καὶ τί προσδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.* 4. *ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καὶ γνῶμεν, ὡς ἔστιν τίμιον τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ὅτι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας χάριν ἐπήνεγκεν.* 5. *διέλθωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας καὶ καταμάθωμεν, ὅτι ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδωκεν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν.* 6. *Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν.* 7. *Ἰωνᾶς Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν· οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο*

a patre nostro Adam: *Hoc est nunc os . . . de ossibus meis et caro de carne mea.* 4. Zelus et contentio civitates diruit et magnas gentes eradicavit.

7. Haec, carissimi mihi, non solum vos monentes scribimus, sed et nos metipsos conmonemus; in eodem enim scemate sumus, et . . idem certamen nobis imminet. 2. Itaque relinquamus vanas curas et veniamus ad exornatum et sanctum doctrinae exemplum 3. et videamus, quod est bonum et suave et acceptabile coram Deo, qui fecit nos. 4. Intueamur in sanguine Christi et cognoscamus, quam praeclarum sit patri eius, quod propter nostram salutem effusus omni orbi terrarum poenitentiam intulit. 5. Veniamus ad omnia saecula et consideremus, quia in saecula poenitentiae dedit locum omnibus volentibus converti ad eum. 6. Noe praedicavit poenitentiam, et qui obaudierunt, salvi facti sunt. 7. Ionas Ninivitis praedicavit eversionem; et quia poenitentiam egerunt propter

---

1 Gen. 2, 23 **10** cf. Phil. 1, 30; Hbr. 12, 1 **14** s. cf. Ps. 132, 1; I Tim. 2, 3 **17** s. cf. I Petr. 1, 19 **24** cf. Sap. 12, 10 **26** cf. Gen. 7 **28** cf. Jon. 3; Mt. 12, 41

---

1 *ὀστῶν* H **4** *κατέστρεψεν* AC^1S: *κατέσκαψε* H: dub. L | *ἐξεῤῥίζωσε* H **9** *ἐν γὰρ* ALC^1S: *καὶ γὰρ ἐν* H **10** ~ *ἀγὼν ἡμῖν* H **11** *ἀπολείπωμεν* A **13** om. *καὶ σεμνὸν* C^1C^2 **18** *τῷ πατρὶ αὐτοῦ* LC^1[C^2]S: *τῷ θεῷ [καὶ πατρ]ὶ αὐτοῦ* A: *τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ θεῷ* H **19** *ὅτι*] *id quod* vertunt C^1C^2S **21** *μετανοίας χάριν* AH: *ad paenitentiam* vertunt C^1C^2: *μετάνοιαν* LS | *ἐπήνεγκε* HL: *ὑπήνεγκεν* AS: dub. C^1C^2 **22** om. *εἰς* H | om. *καὶ* S **24** *ὁ δεσπότης* AH: om. C^1S: *omnibus* L **29** *οἱ δὲ* HLC^1: *οἶδε* S: *ΟΙΔΕ* A

---

2 os *L secunda manu, in rasura, duabus tribusve litteris deletis:* ossum* *restituit Morin* **10** idem *L, primae litterae in rasura:* eundem* *restituit Morin* **12** exoratum **25** omnibus *L:* dominus *Morin*

τὸν θεὸν ἱκετεύσαντες καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ θεοῦ ὄντες.

8. *Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν,* 2. *καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μετὰ ὅρκου·* Ζῶ γὰρ ἐγώ, λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν, *προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν·* 3. Μετανοήσατε, οἶκος Ἰσραήλ, ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου· Ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι κόκκου καὶ μελανώτεραι σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ εἴπητε· Πάτερ, ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου. 4. *καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως·* Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήρᾳ, καὶ δεῦτε καὶ διελεγχθῶμεν, λέγει κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χίονα λευκανῶ, ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ, καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φά-

peccata sua, exoraverunt Deum deprecantes et acceperunt salutem, quamvis erant alieni Deo.

8. Item ministri gratiae Dei per Spiritum Sanctum omnes de poenitentia sunt locuti, 2. et ipse Deus omnium de poenitentia dixit cum iureiurando: *Vivo ego, dixit Dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed paenitentiam,* insuper adiecto consilio bono: 3. *Agite poenitentiam, domus Israhel, propter peccata vestra. Dic filiis plebis meae: Si sunt peccata vestra a terra usque ad caelum, et si sunt rubriora coccino vel nigriora sacco, et convertitis vos ad me de toto animo et dicitis: Pater, exaudiam vos sicut plebem sanctam.* 4. Et in alio loco sic dixit: *Lavamini, mundi estote, auferte malitias ab animis vestris et a conspectu oculorum meorum. Desinite a malitiis vestris, discite bene facere, exquirite iudicium, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo et iustificate viduam, et venite, disputemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra sicut phoenicium, tamquam nivem dealbabo; si autem ut coccinum, tamquam lanam albam efficiam. Et si volueritis et audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis; quod si no-*

---

2 cf. Eph. 2, 12; 4, 18 8 Ez. 33, 11 12 unde? 22 Is. 1, 16—20

---

1 *ἱκετεύσαντες* AC^1: *ἱκετεύοντες* H: dub. LS 9 *γὰρ* AS: om. HLC^1 LXX 11 *μετάνοιαν*] + *αὐτοῦ* C^1 13 *ὑμῶν*] *τοῦ λαοῦ μου* H | *εἶπον* H: *ΕΙΠΟΝ* A: *εἰπόν* LC^1: *εἰπών* S 19 *καρδίας* AC^1C^2 ClemAl: *ψυχῆς* HLS | *εἴπητε*] + *πρός με* C^1C^2 20 *λαοῦ ἁγίου* H ClemAl: *λαῷ ἁγίῳ* A: dub. LC^1C^2 21 *λέγει οὕτως* AC^1C^2: ~ *ο. λ.* HLS 22 *καὶ* A: om. HLC^1C^2S LXX 22 *ἀφέλετε* H LXX 28 om. *καὶ*¹ S LXXvl | *χήρᾳ* A LXXvl: *χήραν* H LXX: dub. LC^1S 29 *καὶ* AH LXX: om. LS LXXvl: dub. C^1 | *διελεγχθῶμεν* L LXX: ..*ελεχθωμεν* A: *διαλεχθῶμεν* HS LXXvl: dub. C^1 | om. *κύριος* A

γεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα. 5. *πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν ἐστήριξεν τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ.*

9. *Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν τήν τε ἔριν καὶ τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος.* 2. *ἀτενίσωμεν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ.* 3. *λάβωμεν Ἐνώχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος.* 4. *Νῶε πιστὸς εὑρεθεὶς διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῷα εἰς τὴν κιβωτόν.*

10. *Ἀβραάμ, ὁ φίλος προσαγορευθείς, πιστὸς εὑρέθη ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασιν τοῦ θεοῦ.* 2. *οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ. λέγει γὰρ*

lueritis neque obaudieritis mihi, gladius vos comedet; os enim Domini locutum est haec. 5. Omnes vero quos amat Deus, vult illos paenitentiae socios esse, quam firmavit omnipotens voluntate sua.

9. Itaque obaudiamus magnificenti et honoratae voluntati illius et humiliemus nos deprecationi misericordiae et indulgentiae eius et prosternamus nos et convertamus nos ad misericordiam illius, relictis vanis operibus et contentionibus et qui ad mortem adducit zelo. 2. Intueamur eos, qui consummate ministrarunt magnae maiestati Dei. 3. Sumamus Enoch, qui propter obauditionem Deo iustus inventus translatus est, et non invenitur mors eius. 4. Noe fidelis inventus per ministerium suum regenerationem orbi terrarum praedicavit, et salva per eum fecit Deus animalia, quae intraverunt cum eo cum concordia in arcam.

10. Abraham, amicus cognominatus, fidelis inventus est, quia obaudiens fuit verbis Dei. 2. Hic propter obaudientiam Dei exiit de terra sua et de cognatione sua et de domo patris sui, et terra exigua et cognatione infirma et domo minima relicta heres fit promissionum Dei. Dixit enim illi Deus: 3. *Exi de terra tua et de*

---

18 cf. Gen. 5, 24; Hbr. 11, 5 20 cf. Gen. 6, 8 ss.; Hbr. 11, 7; II Ptr. 2, 5 28 cf. Is. 41, 8; II Chron. 20, 7; Jac. 2, 23; Gen. 15, 6; Hbr. 11, 8

---

3 om. γὰρ S 11 s ~ ἐπιστρ. κ. προσπ. C^1C^2 16 τελείους S 20 ὁ θάν. H 21 ἐν τῇ λειτουργίᾳ H 28 φίλος] + τοῦ θεοῦ C^1C^2 (cf. Jac. 2, 23)

---

8 magnificentiae

